

170.

Arabic. Corona no-stra aliquando a pijs furibus rapitur

Quartò dicitur, huic Episcopo Philadelphiæ; Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam. Arabic. legit, ne quis auferat coronam tuam. Non ait tantum Episcopo, quod de bonis operibus sit sollicitus, ac quod in eorum perseverantia persistat, sed insuper ei alte recommendat, ne quis coronam bonis eius operibus debitam accipiat, cur non tantum ait, ne quis eam habeat, vel ne ea ad alium deveniat, vel alteri eam concedat; sed cur verbo accipere vitetur, seu ut legit Arabicus, auferre, quod prædatur, vel furari sæpe significat; quia nostræ coronæ pijs quibusdam furibus obnoxia sunt: sic corona regni videbatur Judæ disposita, quam ille malitia sua perdidit, & Mathias humilitate, ac charitate præripuit. Ait Christus Dominus, A diebus Joannis Baptiste regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud Matth. 12. n. 1. Cælestis beatitudo nulla temeritate, nec audacia invadi potest, nec raptu teneri valet; imò beatitudinis ratio deperditur, si furtum habeatur, non enim aliena beatitudine beatus homo, sed potius ex alienis bonis furto ablati cruciatur. D. Hilar. Cant. 1. 3. in Matth. Violenti rapiunt illud, quia gloria Israelis Patribus dicitur, & Prophetis muniatæ Christo ablata fide gentium occupatur, & rapitur. Ex quo magnum depromitur documentum; ut quilibet multa cautela se habeat, ne beatitudinis corona sibi oblata ac nuntiata, ab alijs rapiatur, ac occupetur. Vide quæ dixi tom. 5. in Evang. lib. 7. c. 11. q. 4. n. 28. 29. & 30.

Matt. 11.

D. Hilar.

280.

Quintò, iste Pastor Philadelphus in multis laudatur à Christo: Servasti verbum meum, & non negasti nomen meum, n. 8. quòd ejus præceptis obediens ejus nomen fuerit confessus, & iterum laudatur, servasti verbum patientia mea, n. 10. quòd ejus mandatum, ac exemplum de patientia in multis adversitatibus tenuerit, tandem, nunc terret eum Dominus, Tene quod habes. Ac si vellet teste Ruperto, nemo dum certat, nimium de corona confidat. Cautè monet Divinus Magister, ut cum ejus virtutes sint publicatæ ac laudatæ maximè inde timeat damnationis incurfus, & insidias: Diabolus enim premit fortius homines virtutis commendatæ, ut lapsu graviori ruant, commendatio enim virtutis alicujus irritamentum est adversariis.

Rupert. Virtus laudata & publicata ab adversarijs impeditur.

209.

Cant. 4.

Virtus sic armata contra invadentium impeditur.

Catena trium Patrum.

Maximè celebratur Virgo de sua commendata sanctitate, laudat sponsus ejus oculos, ac capillos, Cant. 4. n. 1. ejus nempe obtutus, ac sensus, & cogitationes, laudat ejus dentes, n. 2. ad conterendos errores hæreticorum, laudat & labia in suis verbis, ac colloquijs, laudat & genas, n. 3. in sui manifestatione, ac exemplo. Et tandem subdit n. 4. Sicut turris David collum tuum, quæ adificata est cum propugnaculis, mille clypei pendunt ex ea, omnis armatura fortium. Cur post tot virtutes decantatas, eam sic dicit, ac celebrat ut se habeat tanquam turris cum propugnaculis, ac clypeis, ac omni armatura fortium, Appositè sane dictum est, ut quæ tot virtutes colebat, tot donis erat conspicua, tot sui laudes audierat, tutum sibi esse erigendam cum propugnaculis, ac omni armatura sciat, ut fortes inimicorum impetus, ac invasiones sustineat, & reprimat. Catena trium Patrum apud Theodoret. Turris cum propugnaculis ad inimicorum machinas adversus sponsam instructas, evertendas.

Decantatur Christus à Regio Vate Psal. 44. n. 3. Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum. Ecce sublimatur, ac laudatur ut pulcher ac formosus super omnes filios hominum, ac in verbis gratia plenus, & omni divina benedictione repletus, tamen immediate adjungitur n. 5. Arcingere gladio tuo super murum potentissime, seu ut alij legunt, validissime, seu fortissime. Quid habet tanta pulchritudo gratia, ac benedictio cum gladio, & armis? Valde oportune omni coherent, qui enim gratia pulchritudine, ac dotibus super alios eminet, maxime indiget, ut gladio, & armis sit munitus ut ab insurgentibus inimicis se tueatur, ut eorum duros impetus, ac conatus valeat evitare. D. Pasch. lib. 2. in prædictum Psal. Post egregiam formam decoris, post gratiam diffusam in labijs, post benedictionem perceptam æterna hereditatis, imperatur à Patre, ut accingat gladio suo fortitudinis, ad reprobationem contravenientium.

Apoc. 3. n. 12. Qui viderit; faciam illi columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius, & scribam supra eum nomen civitatis Dei mei novæ Hierusalem, quæ descendit de cælo à Deo meo, & nomen meum novum.

Num. 13. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesijs.

VERSIONES.

Arias. n. 12. Vincens faciam illum columnam.

Arabicus. Victorem ponam illum columnam.

Alcazar. Faciam illum columnam, & scribam super terram.

Syrus. Scribam super ipsum nomen Dei mei, Hierosolymæ novæ, & mittit civitatis.

Arias. n. 13. Habens autem audiat, Andr. Cæs. Qui habet aures.

EXPOSITIO IX.

Qui viderit, tentationes, persecutiones, ac contrarietates adversariorum, faciam illum columnam; valde famosum magnum, ac gloriosum, n. 1. ait Dominus, fiet, & evadet columna, sed ego faciam eum peculiari mea gratia & favore, peridens, confirmans, ac solidans illum, in templo Dei mei, scilicet tam in Ecclesia quam in cælo; foras non egredietur amplius. Multi Auctores hic per columnas intelligunt Beatos in patria, & tunc facile

211. In utraque Ecclesia explicatur res ista.

facile explicatur locus, quia hi numquam ab illa æterna felicitate cadunt; quia verò alij per columnas intelligunt justos in via, & quia multo justitiam in principio tenent, postea ab illo statu recedunt; ideo interpretandus est textus de illis, qui finaliter vincunt tentationes, & finaliter in gratia perseverant.

212.

Et scribam super eum. Perstitit in metaphora columnæ (unde ex Græco vertitur super eam) columnis enim solent inscribi tituli, & nomina, victorum, ac eorum à quibus eriguntur. Scribam ergo super eum nomen Dei mei, ut indelebilitur filius Dei dicatur, ac vocetur & ab omnibus ut talis dicatur, & agnoscat. Et nomen civitatis novæ Hierusalem; Imprimam nomen ei Ecclesiæ militantis quòd verè Catholicum sit & agnoscat in Ecclesia mea, firmus, & constans per omnia; quod est maximum Dei donum, consequens ad id quod dixerat, si ad cælestem patriam referas, tunc ei scribitur illius nomen, ut hæres illius, & ad eam destinatus. Et merito utraque Ecclesia dicitur Hierusalem, quæ interpretatur pacis visio; quia in triumphante est summa pax & quies; in militante illius inchoatio, & contemplatio.

213. Ecclesia duplici nomine agnoscat.

214.

Ex quo nota quod Ecclesia duplici nomine hic significatur; primo nomine templi; secundo civitatis. Dicitur templum ut servet metaphoram cum columna quæ totam templi fabricam sustentat; Faciam eum columnam. Dicitur civitas, ad indicandum fidele ministerium munus quod in ea verus Catholicus persolvit, si verò ad Ecclesiam Triumphantem referas, tunc dicitur civitas, quia in ea justus placidè, ac quietè vivit, & regnat. Quæ descendit de cælo à Deo meo. Nam Ecclesia militans à Spiritu sancto proficit, regitur, ac ordinatur, si autem sermo sit de Ecclesia triumphante, tunc sensus est quòd illius bona, dona, ac gaudia, per Prædicatorem ac Confessorum voces hominibus communicantur, ut inde optimè de cælo descendere dicantur; & nomen meum novum: ut à me Christo Christianus vocetur, ac dicatur. Tamen nomen Christi novum, & nomen Iesu, hoc enim nomen novum in Circumcisione illi impostum est; ac si dicatur; in victoribus tanquam in columnis inscribetur nomen Iesu, ut demonstretur gratiam, & victoriam per Iesum esse affectos; & inde per excellentiam scribuntur, ac dicuntur servi, ac filij Iesu.

QUESTIO XXVII.

Columna in templo Dei de Beatis in Ecclesia triumphante explicatur.

Circa intelligentiam hujus columnæ in templo Dei, tota difficilis est, de qua Ecclesia, de quibus justis sermo sit; nam quidam hæc referunt ad Ecclesiam triumphantem, ac Beatos in patria: Alii verò ad Ecclesiam militantem, ac justos in hac via. Utraque sententia probabilis & in utraque totam rem explicavi in Expositione quæ videnda est. Utraque enim sententia tam textum explicans Sylveira in Apocalypsim. Tom. I.

de beatis comprehensoribus, quàm de justis viatoribus mihi satis est probabilis, nunc prima expenditur hac quæ, secunda verò sequenti.

Prima sententia rem explanans de Ecclesia triumphante, ac de Beatis comprehensoribus est D. Ambrosij in præfati, quia licet ait, hic textus possit accommodari Doctoribus, ac Prædicatoribus, quia tamen subditur, & foras non egredietur amplius; ideo ait Sanctus Doctor, hæc sententia non ad præsentem Ecclesiam, sed ad cælestem pertinet; nam multi, qui hinc nunc videbantur columnæ, tamen propter pravam doctrinam ceciderunt, ut Origenes, Tertullianus, & alij, & foras videntur expulsi; hujus sententiæ est etiam Zacharias Summus Pontifex in Epistola 140. inter eas quæ sunt Bonifacii Martyris. Ex Recentioribus in hac sententia sunt Ribeira & Viegas, qui pro ea explicat Bedam, citaturque etiam communiter pro hac sententia Primasius dicens, Columna in fabricis, & munitioni congruit, & decori; sic & mundi viatores in Ecclesia emittunt munere dignitatis, & portant alios officio charitatis.

216.

D. Ambr.

Zacharias.

Ribeira. Viegas. Primas.

217.

Beati in patria sustentant, & protegent orbem, ne contruat. In cujus rei confirmationem adduco illud Iobi 9. nu. 31. Sub quo curvantur qui portant orbem, curvantur, id est, adorant Deum qui portant orbem, Sancti nempe, suis orationibus, Phil. ppus cap. 1. in Job. Sancti orbem portare accipiunt, & ne pereat, orationum fortitudine sustinent.

218.

Cum populus Israël esset maxima in oppressione, adventu Nicanoris ac exercitus ejus, Oriæ Summo Sacerdoti apparet unus Angelus ostendens ei virum ætate & gloria mirabilem ait ei, Hic est fratrum amator, & populi Israel; hic est, qui multam orat pro populo, & universa sancta civitate Jeremias Propheta Dei. 2. Mach. cap. 15. n. 14. De Jeremia in vita scimus eum unam orationem ad Dominum fecisse pro suo populo, recordare Domine, quid acciderit nobis. Thren. 5. Nunc verò post mortem ipse fratrum amator multum orat pro populo, & pro civitate. Mors astitit vitam, non tamen charitatem interemit aut minuit, sed potius ipsa excrevit, ac in amplum augmentum dilata est, ut quæ antea in vita semel oraverat, nunc verò post mortem multum oraret; de hac multa depreatione Jeremias loquens Origenes homil. 3. in Cantic. apud Glossam; Omnes sancti, ait, qui de hac vita decesserunt habentes adhuc charitatem erga eos, qui in hoc mundo sunt; si accipiuntur curam gerere salutis eorum; & juvare eos precibus orant suis, atque interveni suo apud Deum, non erit inconveniens; scriptum est enim in libris Machabæorum, hic est Jeremias Propheta Dei, qui semper orat pro populo. Perè similiter D. Cyprianus de mortalitate habet.

2. Mach.

Thren. 5.

Charitas sanctorum erga suos non exstinguitur morte, sed augetur in patria. Origen.

Sancti in patria pro suis orant.

V

QUESTIO.



QUESTIO XXVIII.

Columna in templo Dei explicatur de Justis viatoribus; precipue de Doctoribus, ac Prælati in Ecclesia militante.

219. Ticon. Andreas. Hymo. Albe t. D. Thom

Secunda sententia; & valde communis explicat hanc columnam in templo Dei de justis viatoribus, precipue de bonis Prælati, ac sanctis Doctoribus in Ecclesia militante. Ita Ticonius, Andreas Casar. eni Arcetas, Haymo, Beda, Albertus Magni D. Thomas D. Anselm. Alcazar, Cornelius à Lapide, & alii

220. At ergo Christus Dominus, qui vicerit tentationes vitiorum Dæmonis, ac persecutorum faciam eum columnam id est. valde fortem, magnum potentem doctri. ac sanctitate, non solum pro sed se, etiam pro aliis sustentandis, & corroborandis & quasi Ecclesie mee firmamentum, ac fulcimentum constituetur: Cum ergo dicit Dominus, Faciam, non sicut licet faciendo Prælatus, Doctorem sive Ecclesie operarium, sed faciam tanta excellentia, sanctitate, & doctrina, ut maximè emineat, & portet plurimos, eorum nutantem fidem sustentando Christiani in pietatem fulciendo: multoq; ad fidem adducendo. Hinc Paulus ipsam Ecclesiam militantem appellat columnam, & firmamentum veritatis, 1. Timoth. 3. n. 15. *Ut scias, quomodo oportet te in domo Dei conversari, quæ est Ecclesia Dei vivis, columna, & firmamentum veritatis.* Sicque nomine columnarum viri Apostolici insigniri solent: Ad Galat. 2. num. 9. *Cum cognovissent gratiam, qua data est mihi, Jacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columna esse, dexteram dederunt mihi & Barnabæ.*

221. Nec contra hanc sententiam obstat id quod dicitur in textu, *foras non egredietur amplius*, quia sermo est de confirmatis, ac finaliter perseverantibus in gratia, ut dixi in Expositione: in qua totum hunc locum juxta hanc sententiam explanavi quod nunc altius est examinandum.

222. Primò, dicitur huic Episcopo Philadelphie, *Tene quod habes, qui vicerit, faciam illum columnam* in quo videtur difficultas in d. ctis, qui tener, quod habet, jam columna est; quomodo ergo Dominus ait, quod faciet illum columnam; Nam id quod quis faciendus est jam non est. Respondeo, *Tene, quod habes*, nempe tuam justitiam, sanctitatem, vincendo tentationes, ac carnis blandimenta; tunc ait Dominus, *faciam eum columnam*, robur ac fulcimentum ceterorum: prius enim unusquisque in se justitia ac virtute componendus, ac ornandus est, ut inde fiat columna, ac firmamentum aliorum; ut quis alios doceat, prius in se justus, ac sanctus sit. Arcetas; *Hoc est ait, columna in templo Dei fieri, siquidem qui vicerit adversarias potestates, columna, & firmamentum veritatis constituitur, & ipse firmiter, & immutabiliter gaudens, atq; fulciens, ne in bono excidat à sua sede.*

223. Secundò Richardus Victorin. Sicut columna in templo, ait, ita ipse nempe Episcopus Philadelphie, & quilibet alius, debet esse firmus per fidem,

erectus per intentionem, sublimis per contemplationem, & alios quidem sustentet verbo consolationis, alios suffragationis, alios exemplo actionis; sit etiam columna lapidea per firmitatem fidei, aurea per charitatem. Albert. Magni. Prælatus sit reclusus in iudiciis, fortis in adversis. Columna, ut bene ædificium sustentet, debet esse bene fundata, visu speciosa, recta, & non curva, in altum erecta, ac eximie altitudinis, talis sit Prælatus firmitate fidei, exemplo, intentione, contemplatione, ac sublimitate doctrinæ, & ita undique sit omnibus vir utibus perfectus, & absolutus. In hujus rei confirmationem notat Pererius in columna octo considerari, & laudari posse, scilicet rectitudinem, altitudinem, crassitudinem, firmitudinem, rotunditatem, laevorem, colorem, & materiam, quæ facile accommodari possunt Prælato, Doctori, ac cuilibet sancto.

224. Tertio, Ioachim Abbas, *Aplic, & competenter Prælatus assimilatur columna templi; quia columna lapis est alius, & ad superiora levatus, ita ut non tam ea, quæ infra, quam ea quæ sursum sunt, contemplari, & respicere videatur; quod est majus, ita præ altitudine, & rectitudine sua tangit superiora, ut tamen suppositum rectum insuperabiliter portet.* Qui ergo pro dono gratiæ, & merito patientiæ suæ, rectores animarum constituendi sunt, ut inter procellosos turbines, suppositam fabricam insuperabiliter portent ad similitudinem columnæ marmoreæ quæ multis turribus expolitur, habebunt se. Valde mirum quod Prælatus columnæ assimilatur; nam columna dura est, & hæret terræ: Prælatus debet esse lenis & benignus, & totus hæret cælesti, tamen apertissime, hic Antistes cum columna confertur; nam columna ex parte inferiori, terram tangit, & ei firmiter adhæret, tamen se tota sursum erigit & purissima, ac gravissima est, ut ædificii machinam sustentet; & cum sit rudis, multis turribus, ac malleorum ictibus politur, & cum sit rotunda multis tempestatibus expolita, totum ædificium sustentat: bonis Prælatus licet sit corpore ac vita activa, in terra, tamen intentione, ac contemplatione totus sit in Cælo, & durissimus, ac fortissimus sit pro sustinenda sua Ecclesia suisque ovibus; pro eisque multos labores, ac tentationes sustinens, multasque tentationum turbines patiens pro sui muneris onere portanda, & tamen inter tot ac tam adversa semper immobilis, ac firmus permaneat, ut columna.

225. Quarto, Angelicus doctor. *Faciam eum columnam; in hoc promittit, ait, quod faciet talem alius utilem, secundo, quod se immobilis, & firmum, se & alios documento, exemplo, & suffragio sustentantem.* Columna non sibi, sed potius aliis est utilis, sustentat enim ædificiæ ac rectum domus fulcit, ne corruat, ut inde aliis sit ad habitandum; ecce cur Dominus vult Episcopum esse templi columnam, nempe, ut non tantum sibi, sed potius aliis proficiat: ex quo infert Angelicus Doctor in quanta veneratione sunt habendi viri spirituales, cum per eos alii fulcimentum habeant, ne lapsum ruant. *Ecce, ait Sanctus Doctor, quam veneratione digni sunt viri spirituales, quia per eos Dominus alios sustentat, quod est amplius, servitium, & aliis commodum.*

226. Quintò, Rupertus in præsentis sic ait: *In isto gradu vincere est, quicquid per illud ostium Scriptura*

Franciscus ab octio.

Et quis a iudis docti prius non se sit virtute corroboratus.

Arcetas.

Albert. Prælatus ex omnibus sit perfectus.

Perer.

224. Ioach.

Prælatus ut corpore sit in terra, etiam sit in cælo.

Prælatus laudatur sicut int. & immobilis sit.

225. D. Thom.

Prælatus non sibi, sed aliis sit.

226. Genes. 4.

Scripturarum invenerit, ad aliorum ædificationem proficere. Quia qui sic vicerit, faciam, inquit, illum columnam in templo Dei mei. Digna remuneratio victoris hujusmodi, ut qui gratiam hanc habens scripsit, ac docuit, unde fides Ecclesia roboretur, columna sit in templo Dei. Et foras non egredietur amplius. Quæ in isto odio est, sollicitus sit ne labatur, ac ubi minus tanquam columna fuerit stabilis, non erit cur timeas, quia foras non egredietur amplius, nec ituribus pes ejus. Dixit Dominus huic Episcopo Philadelphie supra n. 8. *Ecce dedi ostium apertum coram te.* Positus fuit nempe juxta ostium apertum Scripturarum, ut ibi dixit, eas intelligeret, & interpretaretur, quod manus valde necessarium est in Ecclesia Dei, & statim post pauca nunc subdit. *Qui vicerit faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius.* Qui strenue operam dat Scripturas evolviendo ad id perveniet, ut jam non in ostio sit, sed intus in templo Dei, ut firmissima columna totum ædificium Ecclesiasticum sustentans ipsi. *Ut qui hanc gratiam habens scripsit, ac docuit, unde fides Ecclesiastica roboretur, columna sit in templo Dei.* Qui enim sic incumbit studio literarum, ut sibi ac aliis proficiat, tunc assumitur à Deo in columnam firmissimam domus suæ; & cum hæc columna maximè necessaria sit ad fulcimentum domus Dei, ipse Dominus maximè invigilat super ejus firmitatem: Quia foras non egredietur amplius, nec ituribus pes ejus sed intus Dei dono firmiter perseverabit.

Qui studio literarum sibi & aliis proficit, columna est in templo Dei.

227. Hic 49.

Symmach. Hebraic.

Vir doctus Ecclesiam

nea, genæ sicut fragmen mali punici. Tandem de ejus collo, ait: Sicut turris David collum unum, quæ ædificata est cum propugnaculis, mille clypei pendunt ex ea, omnis armatura fortium, cap. 4. num. 4. Divina sponsa tota lenis, suavis ac benigna, quid ergo habet ipsa cum turri, cum propugnaculis, cum clypeis ac omni fortium armatura? quid tenera virgo cum tanto armorum apparatu? deinde quid ad hæc habet collum sponsæ; cur non potius caput, quod in summam partem corporis exurgit, cum turri confertur? In collo, in quo est guttur, sunt vocis fundamenta; non ergo mirum, quod tot propugnacula, tot arma, & munimenta ibi inveniantur: nam ejus eloquium sacrum per suos Doctores, ac magistros est tanquam turris propugnaculum, clypeus, ac omnis armatura ad ejus munimen, & custodiam contra omnes hæreticos ac adversarios D. Greg. Papa homil. 15. in ezechiël, *In collo guttur, ait: in gutture vox est. Quia ergo per collum sancta Ecclesia, nisi a cetro ejus eloquium designantur? In qua dum mille clypei pendere meminerunt, per hanc perfectam numerum, numerus universus ostenditur, quia unum per nostram munitionem in sacro eloquio continentur. Ibi quippe sunt Dei præcepta, ibi exempla futurorum, &c. Quot illi præcepta sunt, tot peccati nostri munimenta.*

Cam. 4.

Scientia Scripturarum validissimè Ecclesiasticam munimen, ac munimen.

D. Greg.

QUESTIO XXX.

Quare ante fores templi Salomonis erant due columnæ, nunc vero in templo Dei una tantum apparet?

229. Salomon ante fores templi posuit duas columnas, de quibus late hic agunt Viegas sect. 6. Alcazar hic ann. 1. Hæc autem due columnæ, ut patet ex 3. Reg. cap. 7. à num. 15. & Paralip. 3. & 4. una erat à dextris, altera à sinistris; ambæ erant ex ære Unaqueque habebat altitudinem cubitorum 35. usque ad capitulum uniuscujusque ambitus in rotundum erat 12. cubitorum, intus vero erant strictæ, seu excavatæ, in capitellis erant species catenarum, & retis, ex eisque malograna pendebant unumquodque capitellum in lilia desinebat.

229.

Viegas. Alcazar. 3. Reg. 7.

Cum per columnas, justi & sancti significantur; juxta illud Psal. 74. n. 4. *Ego confirmavi columnas ejus.* Pro quo late videndus est Beda lib. 8. de templo Salomonis, cap. 1. Nam materia indicat firmitatem in bonis operibus, rectitudo intentionem, altitudo contemplationem; rotunditas æqualitatem justitiæ; cum essent strictæ, seu excavatæ, mortificationem, ac humilitatem denotabant; duo capitella, totidem testamenta quorum meditationi, & observationi submitendum est corpus, & anima; species catena utro, rectivæ similitudo in capitellis varietatem virtutum, variumque ordinem Sanctorum indicabant; malograna custodiam internarum virtutum, & concordiam charitatis; desinentia in liliis florem capitella, beatitudinis amoenitatem innuebant. Iste autem columnæ erant in limine templi; quia, ut ait D. Hieronymus, *per sanctos ingredimur ad Sancto*

230. Psal. 74. Beda.

Columna significantur justos, per quos in celum intramus.

D. Hieron.